



Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorijs III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV., Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges Francorvm, Carolvm Martellvm, ...

Gretser, Jacob

[München], 1613

Item exemplar Epistolæ eiusdem Papæ ad Domnum Regem Pippinu[m], pro defensione sanctæ Dei Ecclesiæ, directæ, in qua continentur vberriamæ laudes. Et Embolo continetur, vt præfatus Domnus Rex Pippinus, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

Item exemplar Epistola eiusdem Papæ ad
 Domnum Regem Pippinū, pro defensione sanctæ Dei Ecclesiæ,
 directæ, in qua continentur vberriam laudes. Et Embolo con-
 tinetur, vt præfatus Dominus Rex Pippinus, Desiderio regi Lā-
 gobardorum, suam præceptionem dirigeret, vt si necesse exi-
 geret, auxilium præstare deberet, tam Rauennæ quam-
 que aliis maritimis ciuitatibus, ad dimicandum
 contra inimicorum impugnationem.

XXVIII.

DOMNO excellentissimo filio, & nostro spirita-
 li compatri Pippino Regi Francorum, & Pa-
 tricio Romanorum Paulus Papa. Præcellæ,
 & à Deo seruate Christianitati vestræ, eximie fili, & spi-
 ritualis Compater, sicut nostro, post Deum, liberatori,
 ea, quæ superueniunt, vel aguntur in his partibus,
 quantocius significare vobis procuramus, & ideo his
 Apostolicis relationum syllabis mellifluæ, & à Deo in-
 stitutæ regalis vestræ potentie culmini innotescimus,
 suscepisse nos, post absolutionem nostrarum littera-
 rum, syllabas à sanctissimo fratre nostro Sergio, Ar-
 chiepiscopo Rauennate, quas Leon imperialis eius
 sanctitati, Rauennatum prouinciæ, visus est direxisse;
 & ecce infra has nostras Apostolicas litteras præclaræ
 excellentiæ vestræ, earum instar, direxisse; vt suasio-
 nis versutiam in eis annexam, præfulgida Excellentia
 vestra agnoscens, merito sanctæ Dei Ecclesiæ, fidei-
 que orthodoxæ defensionem, perfectius studeat
 procurare; quatenus repositam sibi in cœlestibus
 regnis coronam mercedis à Domino Deo nostro
 percipere mereatur: optantes vos de reliquo æuis
 & prosperis semper in Domino valere temporibus.

S 2

Inco-

*Sum. Cent.
 14. Litteras
 proditorias
 as Sergij
 Rauennatis
 Episcopi
 mittit,
 & petit au-
 xilium.
 Ambiguè
 admodum;
 suspicari
 enim quis
 posse, ipsū
 Sergium
 proditorias
 litteras scri-
 psisse: Quod
 non est ita;
 Et docet
 hac Episto-
 la.*

Incolumem Excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Embellum.

Exemplar deniq; Epistolæ secretò directæ à quibusdam fidelibus Veneticis sanctissimo fratri nostro Sergio Archiepiscopo simul & ex litteris, quas idem sanctissimus vir nobis direxit, infra hæc nostra scripta vobis misimus, & peto, & tanquam præsentaliter deprecor, atque per omnipotentem Deum coniuro excellentissimam Christianitatem vestram, vt nimis velociter dirigere iubeatis vestram præceptionem Desiderio Regi Langobardorum, vt si necesse exegerit, auxilium præstare debeat, tam Rauennæ, quàm Pontapoleos maritimis ciuitatibus ad dimicandum contra inimicorum impugnationem.

*Item exemplar Epistolæ eiusdem Papa, ad
Domnum Pippinum Regem per Georgium Episcopum & Stephanum presbyterum seu Radbertum, Missos directæ, in qua
continentur gratiarum actiones pro defensione sanctæ Dei Ecclesie, & præfatus Papa poscens, vt Dominus Rex Pippinus Desiderio Regi suo obsides restitueret, & pacis fœdera cum eo confirmaret.*

XXIX.

*Summ. 13.
apud Bar.
& Cent.*

DOMNO excellentissimo filio & nostro spiritali Compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa. Dum tam copiosam omnipotens Deus suæ benignitatis humano generi crebro irrogat misericordiam, valde administrandum est, quid retribui eius potentiæ diuinæ, aut quas carminum laudes longanimitati ipsius humana fragilitas referre valeat, quod quidem nos,
tanto